

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

B ante R

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

Boncha, Populi Carthenis vicini, inter Euphratem & Cyrum fluvium. Steph.

Bonchis, Civitas Aethiopiae juxta tertium cataractem. Stephanus.

Bonicius, Praeful Avernenfis, vir sanctitate clarus, cujus tunica etiam hodie monstratur, qua a diva genitrice fuit donatus in excessu montis, eodemque primum sacrificavit. Auctor Volaterranus.

Bonifacius, Romanus, apud Tarsum Aglaes divitis viduae res procurabat, cum qua rem habebat, ebrietate, ceterisque moribus infamis. Factus repente alius, martyrium sub Diocletiano subiit, relatusque deinde a servis Roma, etque templum in Aventino dicatum, quod & Alexio postea commune fuit. Alius fuit Britannicus natione, praeful Maguntinus, apud Phrygios & ipse martyr, quod iussu Stephani I. Pontificis, Pipinū Caroli patrem regem oleo sacro perunxit. Alius ejus nominis praeful Carthaginensis Zenone imperante. Alius item praeful Ferentinus ambo confessores. Quintus praeterea martyr Bosinensis, Othonis tertii consanguineus. Auctor Eusebius. His additur a Volaterr. Bonifacius Africae comes, sub Honoro Aeli ducis xmulus, Augustino amicissimus.

Bonni, (quod hic corrupte legebatur) Vide BOMI.

Bononiā, Princes Hetruriae colonia, Felina olim vocata, in octava Italiae regione: ut tradit Plin. li. 3. cap. 15. Vulgo Bologna.

Bonosus, Romanorum tytanus mirae bibacitatis: de quo Aeneas illud celebratur, non ut viveret illum esse natum, sed ut biberet. Hic quantumlibet bibisset, semper securus erat & sobrius, & nunquam non vino prudentior: & quantum bibisset, tantundem reddebat vesica ad aequilibrium. Hunc ad laqueum quum coegisset Probus imperator, jactatū est militari joco. Amphoram pendere, non hominem.

Bonus, Presbyter Romanus, simul cum Falto & Mauro diaconis, Romae sub Valerio principe passus, sepulti omnes in via Latina Auctor Volaterranus.

Bonos Coete, Hellepontii urbs est, quae Helgas & Germanicopolis postea dicta est. Plin. lib. 5. cap. ult.

Bonos Vra, quasi Latine Bubula caudam dicas, Urbs est Cypri insulae, cui vicina est Treta & Palapaphus, quae antiquum Veneris templum habet, Auctor est Strabo lib. 14.

Bootes, vis, vel Bootes, ta, a bove deductum nomen, Latine Bubulcus, caeleste sydus, quod Arctophylax vocatur, & more bubulci plaustrum sequi videtur. Fuit autem Bootes (ut refert Higinus) Jovis ex Calisto filius, nepos Lycionis, regis Arcadiae, qui una cum matre in caelum est translatus, & illi veluti custos appositus. Cicer. 2. de Nat. deor. Septentriones autem sequitur Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes. Quod quasi remone adjuncta per se quae Arcton. Ovid. Arctophylax formam terga sequentis habet. Iuven. Frigida circumgūt pigri farruca Bootes. Habet quatuor stellas in dextra manu, quae non occidunt. Gell. lib. 2. cap. 21.

Borama, Phoenices oppidum est, non procul a Beryto & Byblio. Auctor Strabo lib. 16.

Borcanti, Populi Hirpinorum in Italia, non procul a Collatini, ut auctor est Plin. lib. 3. cap. 11.

Borcobe, Thraciae oppidum, Eumoniae & Parthenopoli vicinum, ut auctor est Plin. lib. 4. cap. 11.

Boreostoma, pen. corr. [Boreostoma. Ger. Eins auf den aufsgang der Rhonam in das Carinische Meer.] Vnum est ex ostiis Danubii fluminis. Plin. lib. 4. cap. 12, de Danubii ostiis: Primum ostium Peuces: mox ipsa Peuce insula: a qua proximus alveus appellatur, XIX. M. passuum magna palude sorbetur. Ex eodem alveo & super litropolin lacus gignitur LXXII. M. passuum ambitu: Halmis vocant. Secundum ostium, Naracostoma appellatur. Tertium, Calostoma juxta insulam Sarmaticam. Quartum, Pseudoostoma & insula Conopon diabasis. Postea Boreostoma & Spireostoma. Singula autem ora & ostia tanta sunt, ut prodatur in XL. M. passuum longitudinis vinci mare, dulcemque intelligi hautum.

Borgodi, Aethiopiae populi, in insula Aegilia, teste Plin. lib. 6. cap. 12, in descriptione Arabiae.

Boriōn, sive Boreon, pen. prod. [Boreon. Ptolemæo, Africae promontorium est, quod majorem Syrtim includit, dicente Plin. lib. 3. cap. 4. Promontorium quod majorem includit (Syrtim intelligit) Boriōn appellatur. Hujus etiā meminit Strabo lib. 17.] Vltra Boreonem est parvum quoddam promontorium nomine Boriōn, quod est Syrtis ostium.

Bormiscis, Regio Macedoniae ubi canes Euripidem laecerant. Stephan.

Boron, Est Troglodytarū oppidū, ut tradit Plin. lib. 6. cap. 29.

Borstppā, Civitas est Meopotamiae, Diāne & Apollini sacra, in qua praecipue viguit lanificium. Circa hoc oppidum maxima est vesperilionum copia, quae ad esum conduntur. Strab. lib. 16.

Borysthenes, pen. corr. [Borysthenes. Vulgo Naper. Ger. Ein großer Fluß in nâheren Scythia / wêrd genêt Reper.] Fluvius Scythiae secundum Istrum omnium maximus, cujus aquae ad potandum sunt suavissimae, & magnos pisces alunt nulla habentes ossa. Est item Borysthenes oppidum, quod Borysthenes amne alluitur unde & nomen accepit. Alio nomine Olbia dicitur, teste Strab. libro 7. & Ptolem. libro 3. capite 5. Pomponius Mela Borysthenidem appellat libro 2. Est & insula ejusdem nominis, ante fluvii hujus ostia sita: cujus etiam meminit Ptolemæus loco jam citato. Lacus quoque est ejusdem regionis, qui & ipse Borysthenes appellatur, teste Plin. li. 4. cap. 12.

Borysthenidæ, Populi ad Borysthenem amnem, Olbiam urbem incolentes, quae & ipsa Borysthenes, sive Borysthenis, appellatur. Propert. Gloria ad hybernos lata Borysthenidas.

Borystheniūs, a, um, adjectivū, Ovid. 4. de Pont. Eleg. 10. Cūq; Borysthenio liquidissimus amne Dyaspes.

Boryza, Vrbs Pontica, Steph.

Bovilla, arum, Vrbs Pontica, Steph. Oppidū fuit in Latio, haud procul ab urbe Roma, via quae Ariciam ducebat, ut inquit Asconius. Nam ad Bovillas interfecit Clodius, Aricia rediens. Dicitur Bovilla, quasi bovis illa, quod eō vulnerata bos sua trahens intestina devenerit. Vnde populus Bovillanus dicitur est.

Bosgedariza, Locus est in confinibus majoris Armeniae situs, Auctor Strabo lib. 12.

Bosirata, Vrbs Aegypti, Steph.

Bosphorus, pen. corr. [Bosphorus. Græcè, sine aspiratione: & ita ratio vera postulat, Angustias maris fauces significat, à meabili bovis transitu imposito nomine, ut testatur Plin. li. 6. cap. 1. quasi & Bosphorus. Sunt autem duo Bosphori, Thracicus & Cimmericus, tanta uterque angustia, ut & alitum cantus, & canum latrans ab ulteriore litore invicem audiantur: manente etiam humanae vocis inter duos orbis commercio, nisi quā id auferunt venti. Thracius Bosphorus juxta Byzantium est, quingentorū non amplius passuum freato, Asiam ditimens ab Europa: quā Darius pater Xerxis copias ponte transiecit. Valerius Flaccus fabulatur Io puellam in vaccam commutatam, per hanc angustiam in Asiam transivisse: indeq; fretum illud Bosphori nomen traxisse: Sic enim scribit lib. 4. Argonaut. lamq; dies, atque aura vocant, rursusq; capessunt Aequeora, quā rigidos eructat Bosphorus amnes. Illos Nile, tuis nondū dea gentibus Io transierat fluctus: unde hanc data nomina Ponto. Vulgo Estrecho de Constantinopla. [Ger. Der eng schtund der Meers bey Constantinopel, wêrdt in mâr ein Rind durchgeschwâmmet.] Alter in introitu est Maeotidos paludis, juxta Tauricam Cherronesum, duorum millium passuum latitudine, per quem palus Maeotica in Pontum defluit. Hic Cimmericus Bosphorus dicitur à Cimmericis populis, qui partem ejus frigidissimam incolunt. Vnde qui terras frigidibus occupatas habitant, Cimmerici appellantur. Intei Bosphorum Thracium & Cimmericum, ut ex Polybii sententia scribit Plin. lib. 4. cap. 12, interjacent millia quingenta. Est & Bosphorus urbs Franconiae in Germania, vulgo Bosphus.

Bosphorānū, & Bosphorus, Cic. pro Lege Manil. Bosphoranus finibus suis bellam inferre simulasset Ovid. 2. Trist. Egerit Ionio Bosphoroq; mari. Est item Bosphorus Stephano dicitur urbium nomen: quarum alteram ad sinum Cimmericum, & fretum ejusdem nominis collocat: quae & Bosphoropolis dicitur alteram in India constituit.

Bosra, [Bosra. Ger. Bosra.] Non est altera civitas, ut multi putant, sed Idumaea, juxta illud: Quis est iste qui venit ex Edom tintis vestibus de Bosra? Esa. 63. Est etiam oppidū terrae Moab hoc nomine, Jerem. 28.

Bosra, Phoenices civitas est, ad mare sita. Strabo, lib. 16.

Bosrata, Vrbs Aegypti, Steph.

Borachida, Lacus Arcadiae in Tegea, Steph.

Bortia, sive Bottia duplicato r. [Bortia. Ger. Bortia.] Populi sunt Thraciae, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Bortium, Oppidum Phrygiae, Attæam habens paludem sale fecundam.

Borrodus, Vicus non longè à Segobria: quondam oppidum, sed à Tiberio Graeco dirutum, ut refert Polybius.

Botrys, Oppidum Phoenices, cuius mentionem facit Plinius libro 5. capite 20, in descriptione montis Libani.

Bovianum, Samnitium colonia vetus, dicente Plin. li. 3. cap. 12: Samnitium, quos Sabellos, & Gizeci Saunitas dixerit, colonia Bovianum vetus, &c.

Brabastenes, Mons, quem Liv. lib. 4. de bel. Mac. decem millibus passuum à Lacædemone distare dicit.

Bracari, sive Bracares, Populi Hispaniae Tarraconensis, ad

Minium

Minium fluvium, qui unum constituit ex septem Hispanie ci-
terioris conventibus, quem Bracarum conventum vocat Plin.
lib. 3. cap. item 3. Nunc, inquit, universa provincia dividitur in
conventus septem, Carthaginensem, Tarraconensem, Cafar-
augustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracarum. Ptol.
lib. 2. cap. 6. Bracaras appellat, eosque inter Callicos annu-
erat: eorumque metropolim Braccaram Augustam vocat.

Brachmanes, vel **Brachmanæ**. [βραχμανες Stephano. Ger.
Der nach der Weisheit vnd Hochschickten in India.] Indiae sapientes
diligentissimi siderum observatores. Horum vitam descripsit
Bardanes Babylonius (ut supra adnotavimus) qui Gymno-
sophistarum duo tradit genera: quorum illi, qui ex generis
successione veluti hereditariam sapientiae possessionem am-
plectantur, Brachmanes dicti sunt: qui vero electione ad
philosophiae professionem assumebantur, Samanei. Ad hos
profectus est Apollonius Thyaneus, ut Iarcha in solio aureo
sedentem de siderum motu audiret differentem, ut testatur
Hieronymus in praefatione Bibliorum. Vide Strab. lib. 15. Plin.
lib. 6. cap. 7.

Brachodis. βραχόδης, Promontorium est Africae proprie dictae,
in extremo Sertis partem cornu. Autor Ptolem. lib. 4. cap. 3.

Brachybit. [Ger. Die Wörm haben diesen Namen: darumb das sie
so tuzen sebens seind. Pol. Markomorie kreikokyaci. Vng. Rövud
ilam fere istak.] à Dionysio vocantur Aethiopes à vite brevita-
te. Si quidem quadragesimum annum non excedunt.

Brachyle. βραχύλη, Vrbis Ceretii, qui Iberici vicini sunt. Steph.
lib. 11. Insula, Vide **BRA TIA**.

Braccara Augusta, Oppidum Tarraconensis Hispaniae, non pro-
cul à Minio fluvio. Vide Ptolem. lib. 2. cap. 6. & quae supra an-
notavimus in dictione **B R A C A R I**.

Bracti. βρακτι, Populi Macedoniae, Steph.
lib. 11. cap. 1.

Bragada, pen. corr. βραγάδα, Fluvius, qui juxta Viticam labi-
tur, apud quem ab Attulo Regulo, & à toto exercitu tū balli-
stis & catapultis serpens centum & viginti pedes longus oc-
census est. In castigatis tamen codicibus Bragada nominatur
hic fluvius, non Bragada.

Bragæ, Insulae quaedam sunt deserta, ut tradit Plinius libro 6.
capite 28.

Brana, Tardulosi oppidum est in Hispania, in conventu Cor-
dubensi. Plin. lib. 3. cap. 1.

Branchidae. βραχιδαι, Apollinis Didymæi sacerdotes sunt
apud Posideum, oppidum & promontorium Ioniae: qui locus,
teste Plin. lib. 5. cap. 29. prius Branchidatum oraculum dice-
batur: deinde Didymæi Apollinis à litore distans stadiis, 20.
vide Strab. lib. 14.

Branchius, ut scribit Laetantius, Filius fuit Apollinis, ex filia
Iaucis & Sycronis conjugate susceptus, qui quæ Apollinis ma-
las deosculatus esset, ab eo captus, coronam & virgam accepit,
cepitque vacillare, & subito nusquam apparuit: post hoc
ingens templum est ei edificatum, quod Branchiada nomi-
nant. Idem autor alibi dicit Branchum, quendam Thesaliam
fuisse, ab Apolline maxime dilectam, cui post mortem in suo
templo sacra fieri idem iussit. Hinc Apollo Branchiades dic-
tus est, & Branchidae communes Apollinis & Branchi sa-
cerdotes, qui Apollinis Didymæi oraculo praefuerunt. Hinc
Branchi meminit Stat. lib. 3. Theb. & Strabo lib. 14. & alibi.

Brancoli, Populi sunt Indiae, quorum meminit Plinius lib. 6.
capite 20.

Brandi à Poenis brevitatis causa appellatur Apuliae urbs Brū-
dusium. Vide suo loco.

Brandenburgum, Vrbis celebris Germaniae inferioris.

Brasidas. βρασιδης, Lacedaemoniorum dux fuit, qui circa Am-
phipolim cum paucissimis cinctus ab Atheniensibus, qua ho-
stium copiae rarissimae erant, sibi ferro iter aperuit. Vide
Suidam.

Brasix. βρασιξ, Vrbis Laeonica, Steph.
lib. 11. cap. 1.

Bratida, Insula est, una ex his quae Illyrica adiacet. Scribit enim
Plin. lib. 5. cap. ult. Illyrici oram, quod vadusum ibi sit mare,
mille amplius insulis frequentatam esse: inter quas enumerat
Brattiam, bobus & capris laudatam.

Bratiron. βρατιρον, Atticae oppidum, ubi Dianae Brauronis sa-
cellum est. Autor Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7.

Brautum. βραυτον, Vrbis Hispaniae Tarraconensis, sub Cantabris
sita, auctore Ptolemaeo, quae eadem esse creditur cum ea quam
illi sua lingua *Braugi* vocant.

Breæ. βρεια, Civitas in quam Athenienses coloniam miserunt,
Stephan.

Bregi, & **Breges**, & **Phyges**, idem sunt. Strabo lib. 11.

Bregmentani, Asiae populi in Troade. Autor Plinius libro 5.
capite 16.

Bremis, Vrbis Saxoniae, vulgò *Bremm*.

Bremen, Vide **H A B I R A N V M**.

Brennus, vel (ut aliis placet) *Brenno*. [βρεννος Ger. Ein Fürst
vnd Hauptmann der Gallier/ der Italien verheget hat/ vñ Dietrichs

berz gehawen.] Dux Gallorum, qui Brenonem Venetiae urbem
aedificavit, quae postea literarum mutatione Viconia dicta est.
Hic quum trecentis armatorum milibus in Italiam irrupens,
primum Romanos apud Alliam fluvium profligavit: deinde
ab urbem pergens, eandem cepit, totamque exulit, praeter Ca-
pitolium: in quo nobilior juvenus confugerat: sed quum &
illud aggredere, Romani cum illo convenissent, ut acceptis
aliquot auri talentis, obsidionem relinqueret. Quum igitur
aurum peteretur, ipse dux gladium sumo vagina educens,
& hunc pensari imperavit: sed quum hoc Romani, utrem in-
stam, recusarent, atque ita invicem cōtenderent, Camillus exul,
qui absens Dictator creatus erat, collectis iis, qui Roma pro-
fugerant, Gallos ex improviso adortus est, qui relicto auro, et
maximo suorum detrimeto fuga sibi consulere coacti sunt.
Camillus vero eos continuo persequens, ex Italia expulit. Post-
remo Brennus Apollinis Delphici templum praedae causa in-
gressus, ira numinis se interfecit. Propertius: Torrida sacraeque
testantur limina Brennum. Vide quoque Proverbia: Quid vi-
dis, nisi dolor?

Brenthia. βρενθια, Vrbis Arcadiae, & fluvius Brenthiatis. Steph.
lib. 11. cap. 1.

Brentus. βρεντος, Herculis filius, à quo Brundisium, βρεννιον,
dictum. Steph. lib. 11. cap. 1.

Brepium, Promontorium est Achaiae, teste Plin. lib. 4.

Bretena, Vrbis Italiae sub Venetia, Ptolemaeo, *Brenon* hodie.
Bretolæum, Ptolemaeo, Lusitaniae oppidum est, quod hodie
Brenon dicitur.

Bretanis, Insula βρετανια, Vide **BRETTOTIA**.

Brettus, Vide **BRETTOTIA**.

Brettotia. βρεττοτια, Insula in Adriatico mari.

Breuci, teste Plin. lib. 4. cap. 35, sunt Pannoniae populi ad Saenam
fluvium. [Vng. *Sagana* testik.]

Breuni, Plinio inter Alpinas gentes numeratur. Sic enim scri-
bit lib. 3. cap. 20: Gentes Alpinae devictae, atque sub imperio
populi Romani redactae, Triumpilini, Canuni, Vennotes, Ven-
netes, Hilarci, Breuni, &c.

Briareus. βριαρειος, Gigas, Coeli & Terrae filius, quem Poetae
fixerunt centum habuisse brachia, & quinque viginti ventres.
Hunc fingit Homerus, quum Pallas, Iuno, Neptunus, & alii, ex
Dio nonnulli, adversus Iovem conjurassent, persuasum à The-
tidi in caelum ascendisse, ut Iovi supplicias ferret, deosque con-
juratos illius adventu terrores à caeptis destituisse, & cum Iove
in gratiam rediisse. Haec Homer. 1. Iliad. ubi etiam hoc addit,
superis quidem Briareum dictum fuisse: ab hominibus au-
tem Aegaeonem. Alii Briareum inter eos numerant gigantes,
qui adversus Iovem conspirarunt: unde à Virgilio lib. 6. cum 2-
his monstris in vestibulo inferorum collocatur. Dicitur Bri-
areus à corporis robore. Nam βριαρειος Graeci pro forti dicunt,
& robusto.

Brias, adis βριας, Vrbis est Pisidiae regionis in Asia. Autor Strabo
lib. 12. Archemidorum antiquum scriptorem citans.

Bricinnia. βρικινια, Vrbis Ciliciae, Steph. Vide **BVCINA**.

Brigantes. βριγαντες, Hyberniae populi sunt, teste Ptolemaeo
lib. 2. cap. 2. Horum civitas hodie *Ganaforda* vocatur.

Brigantium, Oppidum est Rhetiae, ad lacum Acronum, sive
Podamicum, qui & Brigantius ab oppidi hujus nomine ap-
pellatur. Vulgò *Bregem* am *Bobem* ferunt.

Brigiani, Populi inter Alpinas gentes Plin. enumeratur lib. 3.
capite 12.

Brigida, Mulier vitae sanctitate insignis. Romam venit à San-
tia, Vibano V. Pontifici maximo, quatuor liberos mares, post-
quam feminas omnes sanctos habuit, inter quos Castaniam
quae eam viduam Romam comitata est, cuius etiam cura 109
opera in patriam relata est. Autor Volaterranus.

Brilellus, Atticae mons est, Plin. lib. 4. cap. 7.

Briletus, Atticae mons, in quo bina leporibus sunt pecora,
cervis tenes quaterni: pennatis autem & squamosis nulli, ut
scribit Plin. lib. 11. cap. 27. Suspicio eundem esse cum eo, quem
idem lib. 4. cap. 7. Brilellum vocat: unde & Briletus scribendum
videretur Atticorum more, qui dictiones eas, quas *βριας* per
plex se scribi solent, geminato *β* effertunt.

Brimo. [βριμος Ger. Ein Schreckhaftig.] Vnum est ex Hebraeis,
sive Proserpinae nominibus: *Βριμος* hoc est, à terendo
impositum: ed quod nocturna terculamenta ab ea immuni
eredebantur: ed quod Apollonii interpretibus annotavit Calus
Rhodig. lib. 11. cap. 16. & Brinthus, βρινθος. Aristot. Hiles-
libro 9. capite 11: Avis canora, quae in montibus sylvisque
versatur.

Brisa. βρισα, Promontorium Lesbi, in quo Dionysius coluit,
qui ab eo Briscus appellatur, ut auctor est Stephanus. Con-
stat autem in Persis Sat. 1. Brisium appellatum esse scribitur vel à
mellis usu, quod ipse primum mel invenisse dicitur, & ex sa-
via exprimeret, vel ab uva, quod uvam invenit & expressit,
quod Briscus sit exprimeret: vel à nymphea quae cum uvisse di-
citur, Bryscus etiam potest epithetum est, quod dicitur in Libani
panis

patris tutela esse credantur. Per. Sat. 1: Est nunc, Brisei quem venosus liber Acci.

Brifabrix, Indiæ populi trans Indum fluvium, quorū mentionem facit Plin. lib. 6. cap. 20. in descriptione Indi fluminis.

Briseis, pen. prod. Ætior, Lyræcia puella fuit, à patre Briseia appellata: quum vero nomine Hippodamia vocaretur. Hæc, capta Lyræssio urbe, Achilli victori in sortem cecit, & postea ab Agamemnone erepta, implacabilis dissidii causa fuit inter Agamemnonē, & Achillem. Delectabat enim Achilles Agamemnonis imperium, neq; unquam adduci potuit ut arma sumeret, donec Patrocli mors nuntiata cum ad vindictā extimulavit. Extat bulas Briseidos ad Achillē epistola apud Ovidium in Epistolis Heroidum.

Britannia, [Ætioria Straboni. Gall. Anglæterra. Ital. Inghilterra. Ger. Engelland. Hisp. Inglaterra. Pol. Angielska Ziemia. Vng. Anglia. An. England and Scotland.] per Ætioria, insula in Oceano Septentrionali, omnium, quæ Europæ adjacent, maximat unde & orbem alterum quidam ex poëta appellavere: à Britone rege Britannia dicta, quum prius Albion diceretur, ab albis motibus, qui ad eam navigantibus primò apparere. Hodie in duas divisa est partes: quarum alteram, quæ in Septentrionem vergit, Scoti incolunt, Caledonia sylvæ nomine cognitam altera, quæ cultior est, & Belgis vicinior, Angli tenent, Saxoniarum populi, prioribus incolis, qui Britones dicebantur, inde expulsi. Hæc ab Ortu Germanico: ab Occasu Hybernicò à Septentrione Caledonio Oceano abluitur: ad Meridie verò angustio freato à Belgis dimittitur. Porrigitur in longum ostingentis millibus passuum. In ea Gagates lapis invenitur, qui ardet in aqua, & oleo celsingitur. Urbem habet Londinum, nunc Laudem, copia negotiatorum celeberrimam. Inter Septentrionē & Occidentē (ut celebres Geographi tradunt) duæ sunt insulæ, Britannia & Hybernia paulò minor Britannia, ultra quas sunt quadraginta insulæ Orcades appellatæ, modica spatii inter se distindæ. Apud Britannos longissimus dies septemdecim horarū deprehenditur, & æstate lucidæ sunt noctes, autore Plinio. ¶ Britanniarum, ut Gallis etiam dicuntur multitudinis numero. Carullus in Cæsarem: Hic Gallie timent, timent Britanniarum. Plin. lib. 33: Galliarum Britanniarumq; inde modico dicuntur usq;.

Britanni cū, a. um. Quod ad Britanniam pertinet, quod ex Britannia est. [Ætioria Straboni. Ital. D'inghilterra, Inghilterra. Ger. Engelland. Pol. Angielska Ziemia. Vng. Anglia. An. England and Scotland.] Juven. Sat. 7: Quantum delphicus balena Britannica major. Cic. 3. de Nat. deor. Qui æstus manūm, vel Hispanienses vel Britannici, eorumq; certis temporibus vel accessus, vel recessus, sine Deo fieri nōne possunt?

Britannus, Ætioria, Gentile à Britannia insula deductū. Virg. Arg. 11: Penitus toto divisos orbe Britannos.

Britannicus, Nomen fuit filii Claudii Cæsaris, ex Messalina, quem primò Germanicum, & mox Britannicū appellavit: qui quavis adhuc infans à patre in castris sæpè circumlatus fuit, & militibus commendatus: Neronis tamen opera veneno sublatus est: ut est videre apud Tacitum lib. 13.

Britium, Lusitanæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 21.

Britomartis, Puella fuit ex Gortynæ Crete civitate, Iovis & Charis filia, Dianæ in primis chara: alio nomine Dictynna appellata, dicitur Ætioria: hoc est, à retibus, quorum usum in venatione traditur invenisse. Hanc Minos Crete rex feruit adamasse, cuius vim quum alioqui effugere non posset, ex alta sese rupe in mare præcipitavit. Vide Virgilium in Ciri, & Diadorum lib. 5.

Britona, Puella Cretensis fuit insigni forma, & Dianæ in primis dilecta, quæ quum Minos vim alioqui declinare nō posset, in fluvium se præcipitavit: lævis rata vitæ, quàm pudicitia jacturam facere. Hæc à Diodoro lib. 5, & Virgilio in Ciri, Britomartis dicitur.

Britonēs, Vulgò Britones, Populi sunt minoris Britannia, quæ est Gallie Cælicæ regio, ad mare Oceanū sita, Northmannis & Pictavis conterrima. Hi olim Britanniam insulam dicuntur incoluisse, indeq; ab Anglis Saxoniarum populi expulsi, in adverso littore sedes fixisse. Iuvenalis: Qua nec terribiles Cimbrī nec Britones unquam.

Brivates, Lugdunensis Gallie portus apud Ptolem. libro 2. capite 8.

Brixellum, Oppidum inter Mantuam & Cremonam. Volaterranus.

Brixentrēs, Populi Alpini, Lepontis finitimi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 20.

Brixia, [Vulgò Brixia. Ger. Brixium/etm Stan in Itatia.] Vrbs est Transpadana regionis, opus Cenomanorum, qui post Insubres in Italiam venerunt, Livio & Polybio testibus. ¶ Est itē fluvius Elymaldis, quæ est regio Persidi finitima.

Brixillum, Vulgò Brixia, Oppidum Hetruriae apud Mutinā, Plin. lib. 3. cap. 15, in descriptione ostavæ regionis Italiae.

Brizo, Ætioria, Apud Delios vaticinatorum, quæ ex somniis sumuntur, Dea habita est: eiq; scaphas omni genere bonorum plenas, solis piscibus exceptis offerebant. Dicta autem putatur Brizo, ab eo quod Ætioria præci Græci pro dormire dicebant. Vide Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 10.

Brōmīūs, Ætioria, Bacchi cognomen, dicitur Ætioria: id est, à fremendo: vel dicitur Ætioria: hoc est, à tonitru, eo quod natus sit cum tonitru, eius genitrice fulmine percussa.

Brōngūs, Ætioria, Fluvius est ex Illyrico Boreā versus fluēs, & excepto Angro, in Istrum influens. Herod. lib. 4.

Brōntēs, [Ætioria. Ger. Einer aus den Schmitzschichten Vulcani, so dem Jupiter die Straten schmidet.] Vnus ex ministris Vulcani, qui Iovi cudit fulmina, vulgò Ætioria: hoc est, à tonitru dicitur. Tres autem præcipuè à Virgilio numerantur Vulcani ministri, Brontes, Steropes, & Pyracmon, quem Ovid. 4. Fastor. Acmonidem appellat. Hos Hesiodus in Theogonia Cæli & Terræ filios facinorant quæ alii ex Neptuno & Amphitrite natos malunt. Virg. 8. Aen. Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro, Brontesq; Steropesq; & nudus membra Pyracmon.

Bronteus, Dicitur est Iupiter, Ætioria, quod est tonitru.

Brōtēs, & Ammon, Gemini fratres fuerunt, caestibus clari, qui ad sineo occisi sunt in aula regis Cephenorum. Ovidius lib. 3. Metamorph. Hinc gemini fratres Brotesq; & caestibus Ammon Inycti, vinci si possent caestibus enses, Phinica cedere manu.

Brōtheus, [Ger. Ein Sohn Vulcani der sich von setzer vngesatte wegen seib verbrast hat.] per duas syllabas, Vulcani filius fuit, qui infuls propter oris deformitatem, coniecit se in ignem, & vitam incendio finire maluit, quàm omnium ludibrio esse expositus. Ovid. in Ibis: Quodq; ferunt Brotheū fecisse cupidine mortis, Des tua successis membra cremanda pyræ.

Brūllitæ, Populi Afiæ, quos Ephesiorum conventui attribuit Plin. lib. 5. cap. 29: Ephesium (inquit) alterum lumē Afiæ remotiores conveniunt Cæsarienses, Metropolitæ, Cybiani, inferiores & superiores, Myso Macedonenses, Malturenses, Brullitæ, Hypæpeni, Dios hieritæ.

Brūmus, Vide BRVMALIA.

Brundulum, Portus, quem Athetis amnis ex Tridentinis Alpibus fluens facit. Autor Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgò Brundolo.

Brundunum, Vrbs Bavarie, vulgò Braunam.

Brundisium, [Ætioria. Ger. Ein Stan in Calabrien am Adriaufsen Meer gelegen: heißt jetzt Brundisio, Brundisio.] Vrbs Calabriae, ad mare Adriaticum sita, via Appia eonq; perducta, & ponu insigni nobilis, ex quo Romanis tritissimus olim fuit in Græciā transitus: ita dicta à cervini capitis similitudine, quod Brundulum Mellapii sua lingua appellabatur. Græci Ætioria appellat, à Brento quodam (si Stephano credimus) Herculis filio. Ex hac urbe Pacuvius poëta ortum traxit.

Brusa, Legè PRVSA.

Brulis, Pars Macedoniae Ætioria à Briso Emathii filio, Steph.

Brunsvicum, [Ger. Braunschweig.] Vrbs Germaniae.

Bruti, [Ætioria. Ger. Wäster so hießest in Itatia am Sicilischen Meer gelegen.] Italiae populi, in eo tractu, qui hodie Calabria dicitur, post Laum fluvium incipientes, & in fretum Siculum in modum peninsulæ procurrentes: dicti quasi bruti & obsceni. Fuerūt enim Brutii, servi & pastores Lucanorum, qui inde auferre, & furtim in regione confederunt, ubi Consentia est, quæ fuit eorum metropolis: quam regionem prius Ausones habitaverunt. Hi multo pōst tempore, & ab Annibale & à Romanis propter eorum perfidiam plene deleri facere, sine dignitate, sine honore, ad servilia opera semper coacti. Hæc regio (ut autor est Strabo lib. 6.) Oenotria quondam dicta fuit. Supra Consentiam est Pandosia, ubi Molossorum rex Alexander trucidatus est. ¶ Est & Rhegium civitas olim potentissima, in extrema agri Brutii parte sita, ubi Siciliam ab Italia tradugt fuisse abscissam.

Brutiānæ parmæ, dicta sunt scuta quibus Brutii utebantur.

Brutiānī, [Pol. Brzy, item Brzy mionki. Vng. Brzyca.] à Romanis dicebantur, qui officia servilia magistratibus præstabant, nomine tracto à Brutii: qui quod primi Annibali adhaesissent, & cū eo perseverassent, donec ex Italia discederet, hæc ignominia à Romanis notati sunt, ut vilissima quæq; munia per illos obirent. Vide Alex. Genial. dicit. lib. 1.

Brutina, Vrbs Hispanie, Ptolemæo. Vide BRVTOBRIA.

Brutiūs, a. um, aliud adjectivum, à Brutii Italiae populis: unde Brutia pix, secundus liquor qui ex tæda excoquitur, & aceto coagulatur: dolis, aliisq; valis illinēdis utilis, ab alia pice lentore differens. Primus autem tædæ liquor Cedrium appellatur, quo Aegyptii defunctorum corpora incorrupta cōservabant. Vide Plin. lib. 16. cap. 11. Huiusmodi pix optima in agro Brutio excoquebatur: unde & nomen accepit.

Brutiūm, Promontorium Italiae extimum: ubi Sicilia olim agro Brutio adhaesit. Plin. lib. 3. cap. 1: Primus Europæ sinus à Calpe extimo Hispanie mōte Locros Brutium usq; promontorium

torium immenso ambitu stetit. Prolemzus Scyllam appellat. Vulgo *Bursana* in Calabria.

Brutobria, *βρυτοβρια* Stephano, Oppidum est Hispanie in tractu *Baetico*; quod & *Brutica* appellatur. Dicta Brutobria quasi *Brutia* civitas: ea forma, qua *Selymbria*, & *Polyobria*: in quibus *Bria* civitatem significat.

Brutus, Cognomē familiae *Iunice*, quod primus tulit *L. Iunius Brutus*, propter stultitiam, quam *Tarquinius* metu simulabat. Hic exactis regibus, civitateq; in libertatem vindicata, primus Romae cū *L. Tarquinio* factus est Consul: rebusq; multis praeclarè gestis, tandem eo in praelio, quod ad *Regillum lacum* commissam est, occubuit: eumq; matrona, ut foetissimū muliebri pudicitiae vindicem, anuum integrum luxerunt. *M. Brutus*, unus fuit ex *Cæsaris* dictatoris percussoribus, qui in campis *Philippicis* ab *Octavio* & *Antonio* victus, necem sibi conscivit. *D. Brutus*, acerrimus publicae libertatis propugnator fuit, qui *Mamma* aliquādsu ab *Antonio* obsessus, eaq; obsidione *Hirci* & *Panic* opera liberatus, tandem à militibus suis desertus est, & ab hostibus occisus.

Brutus, & *Bruti*, & *Scavae*, & *Bubolci*, cognomina gentis *Iunice* fuerunt. *Brutorum* praeipue nominatur, *Lucius* ille *Brutus*, qui reges eiecit, & *M. Brutus*, qui *Cæsare* occidit. *Lucius* patricius fuit de *Marco*, patricius fuerit an plebeius, potest ambigi: patriciū fuisse, *Posidonius* philosophus, eumq; secutus *Plutarchus* assumat. *Brutum* enim eum, qui reges expulit, tres filios habuisse, duos quos participes conjugationis in temp. ultimo supplicio, patre consule spectante, affectos, historiae narrat: tertium, unde *Iunia* gens propagata est, & à quo *M. Brutus* originē duxit. Contrā, plebeium ut fuisse credamus, *Dionysii Halicarnassensis* facit autoritas: nam, est *Plutarchum*, ut soleo ac debet plurimi facio: tamen *Halicarnassicum*, qui nititur argumentis, libentius hac quidem in re auctorem sequor. *Plutarchi* est simplex & nuda narratio: nam illud nescio quid quod affert ex *Posidonio*: ipsius *Posidonius* aetate fuisse Romae praesentes ex ea gente viros, quorum forma ad similitudinem imaginis accederet illius *Bruti*, qui civitatem dominatu regio liberavit: ita plane nihil est, ut refellendum nō existimem. *Noster* autem *Cicero*, quem in *Philippicis* orationibus, & in libro de *Clara* oratoribus dixit idem, quod postea *Posidonius* & *Plutarchus*, potuit id *Bruto* gratificari: quē unquē diligebat, tum ad studium libertatis recuperandae facilius impelli posse existimabat, si ab illo *Bruto*, qui primus Romae iugum servitutis virtute depulerat, progenitum ostenderet. *Dionysii* ratio haec est, eaque, ut mihi videtur, admodum firma. Si *Lucius* ille *Brutus*, qui libertatem Romae constituit, virilem stirpem reliquisset: ejus posterū patrici fuisset: quod si *Patricii*, consulatum sine dubio multi gessissent: at per annos CC. quod fasti declarant, consul Romae *Iunius* nemo fuit: nam quod, *Scavas* & *Bubulcos*, qui, ut diximus, *Iunius* fuere, consules videas, CC. post reges exactos annis, hoc potius docemur argumento, plebeios fuisse, quam patricios: quum in consulatu collegas habuerint de gente patricia: eo porro tempore consules fuerint: quum eum magistratum duobus patriciis mandari, lex *Licina* vetaret. Præterea, in eisdem *Dionysii* historiae tribuū pl. video *Brutum* quendam, plebeiae patris defensorē acerrimū: item alterum in oratione pro *Quintio* alios etiam alibi, quos, ut opinor, de gente *Iunia* fuisse, nemo negabit, & plebeios fuisse: idē putandum est, quod tribunatum pl. plebeis tantum hominibus deseri leges jubent. *Livius* sane duos tantum nominat *Bruti* filios: in quos, conjugationis crimine convictos, animadvertum est: sed verbum addit nullum, unde ullum præterea *Bruti* filium fuisse, possit intelligi. Apud *Dionem* eadem fere, quae apud *Livium* leguntur: ut non facile, utrum scelerit, dijudicare liceat: itaq; dubitatio ex *Dionysio*, *Plutarcho*, *Posidonio* tota nascitur, quanquā ego quidem, quum argumenta illa duo, quae posui, quum animo meo considero, unum de nullo *Iunio* per CC. annos, post reges eiectos, consulē, alterum, de *Brutis* tribuū pl. quos *Dionysius*, & *Cicero* nominant: non admodum esse video, cur dubitem, & ab eo *Bruto*, quem contra patres multa pro plebe gessisse *Dionysius* memorat, potuit *M. Brutus*, *Servilius* filius, ceteriq; *Bruti* ejus aetatis ortū trahere: potro ab aliquo *L. Bruti* patricii liberto: nam liberti ita familiae nomen assumebant, ut patricii, licet ab homine patricio manumissi, tamen esse non possent. Ex nostro commentario ad *Qu. Fratrem*.

Bruxellā, *Brabantia* urbs celebris. [Ger. *Brassē*.]

Bryanton, *βρυαντων*, Thesprotiae civitas, Stephano.

Bryaxius, insignis statuarius fuit, qui cum *Leochare*, & *Timotheo* Mausoleum in *Caria* ex matre excidit. *Plinius* lib. 36. capite 5.

Bryazon, Amnis *Alix* in *Bithynia*. *Plinius* lib. 5. cap. 32.

Bryges, *βρυγες*, Populi *Thraciae* fuerunt: qui postea *Phryges* dicti sunt, à quibus *Phryges* *Alix* populi originem traxerunt. *Au-*

tor *Strab.* lib. 7. *Stephanus* *Brygas* in *Macedonia* collocat.

Brygion, Inter urbes *Macedoniae* *Plinius* ponitur lib. 4. cap. 19.

Bryllitum, *βρυλλιον*, Propontidis oppidum, Stephano.

Brylacion, Urbs *Parthinae*, *Steph.*

Bryfice, *Thraciae* populi, apud *Plin.* lib. 4. cap. 11. in descriptione *Thraciae*.

Brylani, *Cycconum* vicini inter *Scythicas* gentes *Plinio* referuntur, lib. 6. cap. 17.

Brysea, Urbs *Laconiae*, à qua *Bacchus* *Bryseus* cognominatus est, quod ibi coleretur. Quidam tamen *Bacchum* *Bryseum* dici putant ab antiquo verbo *βρυω*, quod est scaturio: quoniam ex alvearibus mella, vel ex uris rassa exprimere primus docuit. Alii *Bryseum* potius quam *Bryseum* volunt cognominatum, à *byria*: hoc est, pelle, quam in bello induebat. Nam teste *Diod.* lib. 5. *Bacchum* in praeliis pardalium pellibus usum constat. *Byria* autem corium ac tergus significat.

Bryseus, *βρυσεος*, Vnum ex agnominibus *Bacchi*, *βρυσεος*, quod significat inundare & madefacere: vel (ut alii malunt) à *Brysea* *Laconiae* civitate. Vide dictionem præcedentem, & supra *RISA*.

Bryfice, *βρυφικη* Urbs *Elidis*, Stephano.

Bryfacion, *βρυφικιον*, Urbs *Oenomororum*, Stephano.

Bryx, & *Brygæ*, Gens *Macedoniae* *Ilyrii* finitima, *Steph.*

B ante V.

Bubalus, Pro pictoris nomine, vide *SVPALVS*.

Bubastis, *βουβαστις* Herodote, sive *Bubastus*, *βουβαστος* Stephano, *Aegypti* urbs, in qua quorannis convectus celebrabatur in honorem *Dianae*: quae & ipsa *Bubastis* ab urbis hujus nomine fuit appellata. *Ovid.* 9. *Metam.* - cum qua *Latoniae* *Anubis*, *Santaq;* *bubastis*. Hinc *Bubastites* nomos, appellabatur quaedam ex *Aegypti* praefectura, urbi huius proxima: cujus meminit *Plinius* lib. 5. cap. 9.

Bubastis, *Cariae* regio est, cujus mulieres ab *Ovidio* vocantur *Bubastides*, quum inquit lib. 4. *Metam.* *Bubastides* videre curat.

Bubeium, Natio est, vel oppidum *Cyrenae*, teste *Plinio*, libro 5. capite 5.

Bubetani, *Campaniae* populi *Coronalis* vicini. *Autor* *Plinius* lib. 3. cap. 5.

Bubinda, Fluvius est in *Orientali* latere *Hyberniae* apud *Prolemzum* lib. 2. cap. 2.

Bubon, *βουβων*, Civitas est *Cabaliae*, quae *Lycae* est regionula, tribus oppidis habitata, *Onoanda*, *Balbara*, & *Bubone*, *Autor* *Plinius* lib. 5. cap. 17. *Stephanus* *Bubonem* à *Bubone* latrone appellatam tradit, quem admodum & *Balbarum* ab alio latrone, nomine *Balbaro*.

Bubona, *Boum* dea habita est, quemadmodum *Pomona* pomorum.

Bubusa (quod hic pro *Lybiae* *Cyrenaicae* oppido male legebatur) vide *SVLVBA*.

Buca, Oppidum est *Frentanorum* in quarta *Italiae* regione, *Autor* *Plinius* lib. 3. cap. 12.

Buccellarius, *Suidas* *Buccellarios* Gallogrecos fuisse scribit & *Buccellarios* regionem, Gallograeciam. *Copiosius* *Alcibiades* lib. 6. *Dispunct.*

Buccina, Nomen oppidi in *Sicilia*, vide in *APPELL.*

Bucephalus, pro equo *Alexandri*, vide in *APPELL.*

Bucephala, *Plinius*, [*βουκεφαλα* Stephano. *Ger. Ein Stier in Suda* sic dicitur de *Stro* *germanus* hat: da ihm sein *Stier* de *Stro* *phalus* in *Stier* *umbrosus* est: und von dem her der *Stier* *buca* *men* *germanus*.] *Indiae* oppidum est ad *Hydaspem* fluvium ab *Alexandro* Magno conditum, & à nomine *Bucephali* equi ita appellatum, qui ibi interfectus fuit eo in praelio, quo *Alexander* *Porum* vicit. Vide *Plinius* lib. 6. cap. 20.

Bucephalas, *βουκεφαλαι*. Postus est in sinu *Saronico*, non procul ab *Isthmo* *Peloponnesi*: cujus meminit *Plinius* lib. 4. cap. 5.

Bucha, *Misinae*, *Quae* vulgo.

Buchia, (quod hic pro *loniae* loco perperam legebatur) vide *SVTTA*.

Bucinna, Insula est exigua, *Siciliae* adiacēs, à *Lilybo* promontorio in *Africam* vergens. Vide *Plinius* lib. 3. cap. 8.

Bucolion, *βουκολιον*, *Laomedonis* filius natu maximus, qui ex *Abanbarca* *Nympha* *Padaum* & *Aesepum* suscepit. *Autor* *Homerus* lib. 6. *Iliad.*

Buda, [*Vng. Hayregy is.*] *Vngariae*, sive *Pannoniae* metropolis est, non ita procul à *Danubii* ripa distans: olim omnium in totius *Germaniae* propugnaculum: nunc *Turcarum* ditioni patet, ut penē tota *Pannonia*. *Germani* vocant *Dus* *Fuicleda* & inhabitato *Regum* *Vngariae* longe pulcherrima & mundissima, unde dieterio locus in tota *Europa* tres omnium pulcherrimas esse urbes, *Venetias* in aquis: *Budam* in monte: *Vincetias* in planitie.

Buddi, *Gymnosophistarum* apud *Indos* princeps exivit, quē illi ex virginis latere natū fuisse, credi volebant. *Caesius* *Abediginus* lib. 14. cap. 1.

Budē